Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



vel potius Aschaffenburgensis

154

123) Lambertus Schaffnab. ad an. 1061: Imperatrix ducatum Baioariae, quem post mortem Conradi filii sui usque ad id tempus per se ipsam administraverat, Ottoni dedit, videns eum virum industrium, et in uandis regni negotiis satis opportunum. Sigebertus ad an. 1062 addit: non solum honore regni sed etiam honore saeculi reiecto Romae ad limina Apostolorum se contulit, ibique usque ad finem vita omnibus bonis exemplo et miraculo fuit. Brunner Annal. Boic. l. 10.

124) Laur. Hochwart Catal. Eps. Ratisbon. apud Goldum Rer. Sal. ~~exp~~ hanc expeditionem fuse enarrat: Anno Domini M.LXIV. Sigifridus Mogoniacensis archiepiscopus, Vielhelmus Traiecten. Guntharius Babenbergen. Otho Ratisponen. episcopi, Rermannus a sacris Augustae, Friderius Damasiae, Ekardus Schirorum, Ortulfus Hochwartorum comites, ~~et~~ atque alii quam plurimi etc. Lambertus Schaffnab. ad an. 1064 et seq. ~~Sigefridus ad an. 1065~~.

125) Lambertus ad an. ~~170~~ 1070.

126) Idem ad an. 1074, 1075, 1076.

127) Idem ibidem.

128) Lambertus ad an. 1077. Rex Henricus -- certo comperat duces Rudolphum, Vuelfi et Bertholdum, omnes vias, omnesque aditus, qui ad Italiam mittunt, quos vulgato nomine Clusas vocant, appositis custodibus anticipasse, ut nulla illi ei copia transeundi fieret. Jac. Brandisius A. Chron. Capitan. Tirol. p. I, c. 5. Bucelinus Chronol. Rat. ad an. 1078 Specher Pall. Rat. l. 3. Anno 1078 tempore Veris, Welpho IV. Dux Bavariae superioris, Rudolphi partes defendens, magno collecto exercitu in Rhaetiam superiorem irrumpit: --- tandem victor, superatis angustiis viarum, et insidiis structis, ex regione adposito, secundum Oenum, relicto in ostio strictissimo montis Kunsti (Pfistmonze) praesidio, salvus ad suos redit.

129) Jac. Brandisius ibidem. Burglehner Ag. Tirol. l. 13, c. 3.

130) Claret hoc e diplomate Henrici IV, cujus partem recitat Koehmannus Disq. ep. Tartarobl. p. I, c. 8: In nomine etc. Henricus Dei favente clementia Rex, ob Altvini S. Brixinensis Ecclesiae servitium S. Ingenuino praefatae sedis tutori invictissimo, quidcunque Welfo Dux, dum erat Dux nostro Dono, et nostra gratia, habuit in pago Passyr nominato situm in Comitatu Gerungi, in Comitatu Friderici, cum omnibus appendiciis in Alpibus et Alpinis donavit etc. Gebehardus Cancellarius recognovi. Dat. anno Dominicae Incarnationis ~~1076~~ M.LXXVIII. Ind. I. ordinat. XXIV. Regni XXII. Patavia actum feliciter. Vides Henricum Altvino, proinde et Altvinum Henrico favisse. Ex hoc eodem diplomate apparet, Welfonem jam anno 1078 fuisse Ducatu Boio privatum. Praeterea colligimus, Gerungum et Friderium hoc tempore fuisse